



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

23. Tria ex fontana scaturigine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Æthere labuntur densis e nubibus imbres,
 Ipsa suas tellus arida volvit aquas.

SYMBOLUM 22.

Triplex cœlorum motus,

Raptus, proprius, trepidationis.

Sidereos immota Trias quæ condidit axes
 Ter gemino cœlos ordine, jussit agi.

(a) Corpora ab eoīs celeri sibi subdita cursu,

Raptat in hesperias mobile majus aquas;

(b) Tardiùs innato, & motu (c) trepidante rotantur;

Sic immota Trias motibus hīce patet.

(a) Primum mobile spatio 24. horarum movetur ab oriente in occidentem secum rapiens inferiores orbis. (b) Qui proprio motu moventur ab occidente in orientem, sed non omnes aequè velociter. (c) motus trepidationis est a meridie in septentrionem, & vice versa.

SYMBOLUM 23.

Tria ex Fontanâ Scaturigine,

Fons, rivo, flumen.

Perspicias claris ut imago liquoribus insit,
 Clarescit rivo, flumine, fonte, Trias.

Lymphidus excelsis fons rupibus exilit, inde

Defluit hic rivo, flumen utroque fluit.

Fons similis Patri: qui derivatur ab illo

Est Genitus, Flamen; quid nisi flumen erit?

SYMBOLUM 24.

Speculum Triforme.

SI Triadem speculo vis assimilare Triformi,
 Unicus in speculo vultus, imago triplex.

Gignitur